

Omnia autem facite sine murmurationibus, & hastitationibus. *Phil. 2. 14. Vide & 1. Petr. 4. 9*
Hi sunt murmuratores querulosi, secundum desideria sua ambulantes, & os eorum loquitur
superba, mirantes personas quasvis causa. *Juda 16*

TITULUS XXXII.

Musica.

Musica Instrumenta Atvini celebrandi laudibus attribenda.

David autem & omnis Israel laudabant eum Domino, in omnibus lignis fabrefactis, &
citharis, & lyris, & tympanis, & sistris, & cymbalis. *2. Reg. 6. 5*
Dixitque David principibus Levitarum, ut constituerent de fratribus suis cantores in organis
musicorum, nabis videlicet & lyris, & cymbalis, ut resonaret in excelsis tonitus laetitia.

1. Paral. 15. 16. Vide Cap. 25. 1

Cymbalis, & psalteriis, & citharis concrebant, stantes ad orientalem plagam Altaris, &
cum eis facerent centum viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter & tubis, & voce, &
cymbalis, & organis, & diversis generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus,
longe sonitus audiebatur, ita ut cum Dominum laudare coepissent & dicere: Confitemini
Domino, &c. *2. Paral. 5. 12. Cap. 29. 25*

Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi: Cantate ei canticum
novum: bene psallite ei in vocatione. *Psal. 32. 2. Psal. 57. 9. 70. 22. 80. 3. 91. 4. 97. 5. 101. 3. 143. 9. 146. 7. 149. 3. 150. 3. 4*

TITULUS XXXIII.

Mutuatio.

Mutuatio fructuosa.

Si unus de fratribus tuis, qui morantur intra portas civitatis tuae, in terra quam Dominus
Deus tuus datus est tibi, ad pauperem venerit: non obdurabis cor tuum, nec contrahas
manum, sed aperies eam pauperi, & dabis mutuam, quo eum indigere perpexeris. *Deut. 15. 7*

Volenti mutuari a te, ne avertaris. *Matt. 5. 42*
Et si mutuam dederis his, a quibus speratis recipere, quae gratia est vobis? Nam & peccatores
peccatoribus fenerant, ut recipiant aequalia. Mutuam date, nihil inde sperantes:
& erit merces vestra multa. *Luc. 6. 34*

Periculosa.

Mutuabitur peccator, & non solvet. *Psal. 36. 21*
Et qui accipit mutuam, servus est feneratoris. *Prov. 22. 7*

N

Negligentia. Vide Acacia.

TITULUS III.

Negotiantium. Vide & emere & vendere.

Negotiantium corporalis periculosa.

Duae species difficiles, & periculose mihi apparuerunt: difficile exiit negotians a negli-
gentia: & non iustificabitur caupo peccatis laborum. *Eccle. 26. 28*
Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, sic & inter medium venditionis & emptio-
nis angustabitur peccatum. *Ibid. 27. 2*

In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuae, polluisti sanctificationem
tuam. *Ezech. 23. 18*

Equitas.

Malum est, malum est, dicit omnis emptor, & cum receperit, tunc glorietur. *Prov. 20. 14*
Et nequis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum. *1. Thess. 4. 6*

Negotium Exemplum.

Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam,
quae spatiosa & lata cultoribus indiget. *Gen. 34. 21*
Et praetereuntibus Madianitis negotiatoribus -- venderunt eum (Frater Joseph) Ismaelitis,
&c. *Ibid. 37. 28*

Adducebantur autem ei equi de Aegypto, & de Coa a negotiatoribus regis, qui ibant & emebant
pretio -- similiter de universis regnis Hethizonum, &c. emptio celebratur. *2. Paral. 1. 16*

Et manserunt negotiatores & vendentes universa venalia, foris Jerusalem mel & bis. *2. Esdr. 13. 20*
Quis cogitavit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes, insitio-
res ejus incliyit terra? *Isa. 23. 8*

Cartha-

Carthaginienses negotiatores tui, a multitudine sanctarum divitiarum, argento, ferro, stau-
no, plumboque repleverunt nundinas tuas, &c. *Ezech. 27. 12*
Christus stiebat e templo omnes negotiantes profanantes istud, *Matth. 21. 12. Vide Marc. 11. 15.*
Luc. 19. 45. Joan. 2. 14. Vide & Apoc. 18. 11
Nequitia. Vide Malitia.

TITULUS IIII.

Nomen.

Nominis Dei invocatio fructuosa.

Turris fortissima, nomen Domini: ad ipsum currit iustus, & exaltabitur. *Prov. 18. 10*
Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in salute tua. *Eccle. 13. 18*

Affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terrae. Et omnem, qui invocat
nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum & feci eum. *Isa. 43. 6*

Et cecidimus quasi folium universi, & iniquitates nostrae quasi ventus abstrulerunt nos. Non
est, qui invocet nomen tuum, qui confurgat, & teneat te. *Ibid. 64. 6*

Tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas
nos. *J. rom. 14. 9*

Et erit: omnis qui invocaverit nomen Domini, salvus erit. *Jos. 1. 32*

Quid tu sopore deprimeris? Surge: invoca Deum tuum. *Jona 1. 6*

Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in Gentibus, & in omni
loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. *Malach. 1. 11*

Nam idem Dominus omnium, dives in omnes qui invocant illum, &c. *Rom. 10. 15. Vide &*
Acton. 2. 21

Infructuosa.

Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum: sed qui fa-
cit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum. *Matth.*
7. 21. Vide Matth. 25. 11

Et discedat ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini. *2. Tim. 2. 19*

Nominis Dei frequentatio periculosa.

Non usurpabis nomen Domini Dei tui frustra. *Deut. 5. 11. Exod. 20. 7. Levit. 19. 13*
Nominatio vero Dei non sit assidua in ore tuo, &c. *Eccle. 23. 10*

Sicut servus crebro vulgatus non levatur viciibus: ita qui dierat, & nomen Dei assidue usurpat,
culpa non vacabit. *Ibid. v. 11*

Nominum impetitionis Exempla.

Variis **E**va. *Gen. 3. 20. Seth. c. 2. 25. Noe c. 5. 29. Ismael c. 16. 11. Sara c. 17. 15. Isaac Ibid. v. 159*
locis. *Moab c. 19. 37. Ammon Ibid. v. 38. Esau c. 25. 25. Jacob Ibid. v. 26. Ruben c. 29. 32. Simeon*
Ibid. v. 33. Levi Ibid. v. 34. Juda v. 35. Joseph c. 30. 24. Benjamin c. 35. 18. Manasses c. 41. 51. E. fratris
v. 52. Moyses Exod. 2. 16. Gerson & Eliezer Ibid. v. 22. & c. 18. 3. Samuel 1. Reg. 1. 20. Lotaniam (abique
misericordia) Oleez 1. 6. Lotaniam (non populus) Ibid. v. 9. Joannas Luc. 1. 60. &c. Jesus Luc. 2. 21

TITULUS IIII.

Novissima.

Novissimum in morte a malo revocat.

Utinam saperent, & intelligerent, ac novissima providerent. *Deut. 32. 29*
Si aonis multus vixerit homo, & in his omnibus letatus fuerit; meminisse debet tene-
broso temporis, & dierum multorum: qui cum venerint, vanitatis arguentur praeterita. *Eccle. 11. 8*

In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in aeternum non peccabis. *Eccle. 7. 40*

Memento novissimorum, & desine iniuriari. *Ibid. 28. 6*
Ad bonum incitari.

In die bonorum, ne immemor sis malorum: & in die malorum ne immemor sis bonorum:
quoniam facile est coram Deo in die obitus retribuere unicuique secundum vias suas. *Eccle. 12. 17*

Memento ite in die consummationis, & tempus retributionis in conversatione faciei. *Eccl. 12. 26*

Ne dederis in tristitia cor tuum: sed repelle eam a te, & memento novissimorum. *Ibid. 38. 21*

Memor esto iudicii mei: sic enim erit & tuum. Mihi heri, & tibi hodie. *Ibid. v. 23*
Non posuisti haec super cor tuum, neque recordata es novissimi tui. *Isa. 47. 7*

TITULUS V.

Norma Testamentum.

Ecce dies venient, dicit Dominus, & seriam domui Israel & domui Juda sedes novum. *Jerem. 31. 31*
Hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effunderetur: in remissionem
peccatorum. *Matth. 26. 28. Item verbas in latere Marc. 14. 24. Item Luc. 22. 20*

Thesaur. biblic.

Z 3

Hic

Hic calix novum testamentum est, &c. 1. Cor. 11. 25
 Vituperans enim eos dicit: Ecce dies venient, dicit Dominus: & consummabo super domum
 Israel, & super domum Juda testamentum novum. *Ebr.* 8. 8

Et ideo novi testamenti mediator est: ut morte intercedente in redemptionem earum præ-
 ventionum, quæ erant sub priori testamento, reprimitionem accipiant; qui vocati sunt æter-
 na hereditatis. *Ibid.* 9. 15. Galat. 3. 15

Hoc autem testamentum, quod testator ad illos post dies illos, dicit Dominus; dando le-
 ges meas in conspectu eorum, & in mentibus eorum superscribam eas: & peccatorum, & in-
 quitatum eorum jam non recordabor amplius. *Ibid.* 10. 16. Cap. 13. 20

TITULUS V.

Novum celum & nova terra post mundi innovationem.

Ecce enim ego creo celos novos & terram novam: & non erunt in memoria priora, & non
 ascendent super cor. *Isa.* 65. 17

Quia sicut cæli novi, & terra nova, quæ ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic sta-
 bit semen vestrum & nomen vestrum. *Ibid.* 66. 22

Novos vero celos, & novam terram secundum promissam ipsius expectamus, in quibus iusti-
 tia habitat. 2. Pet. 3. 13

Et vidi cælum novum & terram novam. *Apoc.* 21. 1

TITULUS VI.

Nubes.

Variis **N**ubes tabernaculum aperit Exod. 40. 34. 35. Num. 9. 15. Deus in nube apparuit Moysi Exod.
 19. 9. & 18. c. 24. 15. 16. Item c. 33. 9. Num. 11. 25. 21. 10. Deus in nube super arcaum
 apparuit in Levit. 16. 2. Nubes vero conserensat Prov. 3. 20. Nubes in occasu oris pluris signum. *Luce.* 12. 54.
 Matth. 16. 2. Nubi candida visio. *Apoc.* 14. 14

TITULUS VII.

Nuditatis.

Nuditatis spiritualis.

Prohibe pedem tuum a nuditate. *Jerem.* 2. 25
 Eras nuda & confusione plena: *Ezech.* 16. 7. *Vide & v.* 22. & 39. Cap. 23. 29. Nahum
 2. 3. *Olez.* 2. 3

Et nescis, quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus, & nudus, &c. *Apoc.* 3. 17
 Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem
 ejus. *Ibid.* 16. 35

Nudi vestendi. Vide & Misericordia.

Range esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam; cum videris nu-
 dum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. *Isa.* 58. 7. *Ezech.* 18. 7. *Job.* 1. 20.
 Matth. 25. v. 35. & 38

TITULUS VIII.

Nuntius.

Nuntius bonus.

Legatus autem fidelis, sanctus. *Prov.* 13. 17
 Sicut frigus nivis in die mellis, ita legatus fidelis ei, qui misit eum, animam ipsius re-
 quiescere facit. *Ibid.* 25. 13

Aqua frigida animæ sitienti, & nuntius bonus de terra longinqua. *Ibid.* v. 25

Nuntii boni Exempla.

Variis **R**ebecca. *Gen.* 24. 28. *Rachel.* c. 29. 12. *Filii Jacob.* c. 45. 26. *Judas.* c. 46. 28. *Uxor Manue* Ju-
 dic. 13. 10. *Jonathas* c. Achimais 2. *Reg.* 6. 12. & c. 17. 21. *Nuntius Elisei* 4. *Reg.* 5. 10.
Leprosi. c. 7. 10. *Nuntius Ezechie.* 2. *Paral.* 30. 6. *Ancilla Ann.* *Job.* 8. 16. *Uxor Thibec.* 11. 6. *Mulieret*
revertentium Christi annuntiantes. *Matth.* 18. 2. *Angelus Luc.* 2. 10. *Septuaginta Discipuli* c. 10.
 27. *Rhode Actor.* 12. 14. *Petrus* *Ibid.* v. 16

Nuntius malus.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his, qui miserant eum. *Prov.* 10. 26
 Nuntius impij cadet in malum. *Ibid.* 13. 17

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum. *Ibid.* 26. 6

Nuntii mali, tristes, & infelicis Exempla.

Variis **C**ham *Gen.* 9. 22. *Rebecca* c. 27. 42. *Judas* c. 38. 24. *Jacob.* c. 37. 32. *Joseph* c. 48. 2. *Pharaoni*
locis. *Exod.* 14. 5. *Regi Jerichontis* *Jos.* 2. 2. *Sifare Judic.* 4. 12. *Isabon* 9. 7. *Viri d. B. njamin* 1.
Reg. 4. 12. *Uxor Phinees* *Ibid.* v. 19. *Sanniti* c. 15. 12. *Jonathas* cap. 19. 2. *Saul.* cap. 14. 2. *Uxor de puili*
c. 25. 14. *Amateris* 2. *Reg.* 1. 19. *Jah.* c. 3. 23. *Filii Remmonis* c. 4. 8. *Darius* c. 10. 5. & c. 12. 18. & c.
 15. 31. *Chusur.* 18. 30. *Gad* c. 24. 13. *Salomoni* 3. *Reg.* 2. 29. & 41. *Acub* cap. 19. 1. *Misphri viri Dei* 4.
 Reg.

Reg. 6. 17. *Regi Affirionum* c. 17. 26. *Eliachim* *Eze.* c. 18. 37. *Nuntii Josaphat* 2. *Paral.* 20. 2.
Epistolis captivis 2. *Eldr.* 1. 3. *Enochi* *Eldher* 4. 4. *Nuntii Jobi* *Job* 1. 14. & c. 11. 14. *Nuntii Israe-*
liarum 1. *Mach.* 9. 14. *Alis Nuntius* *tristis* cap. 16. 21. *Discipuli Joannis* *Matth.* 14. 12. *Principis Synagoge*
Luce. 8. 49

TITULUS IX.

Nuptia.

Nuptia celebrantur, & Salvator noster convivio eorum non indignatus est interesse.

In convivio vescentes pariter & bibentes manserunt ibi. *Gen.* 24. 54
 Qui vocatis multis amicorum tuis ad convivium, fecit nuptias. *Ibid.* 29. 22
 Descendit itaque Pater ejus ad mulierem, & fecit filio suo Samson convivium: sic enim
 juvenes facere confueverant. *Judic.* 14. 10
 Et die tertia nuptia facta sunt in Cana Galilææ: & erat mater Jesu ibi. Vocatus est autem
 et Jesus, & Discipuli ejus ad nuptias. *Joan.* 2. 2

O

TITULUS X.

Obediencia.

Obediendum Deo ejusque præceptis, & que obedientibus constituta sunt mores.

Hominem Deus volens sub obedientia vivere, etiam in statu innocentie, statim ut coaditus est, ip-
 sum præceptis assuevit, & cum contra obedientiam vivere sentire coepisset. *Gen.* 2. & 3. c.
 Præcepto obediit Nix Dominus in omnibus, quæ ei factenda præcepto tempore instantis dilavit. *Ibid.* 7.
 5. &c. *Vide præcepta* cap. 6. 22. & *Hebr.* 11. 7
Abraham Dei mandato patens, promissaque accipiens, patriam relictâ, comitans Loth Domino, in Sichon
 sacrificavit. *Gen.* 12

Dixit iterum Deus ad Abraham: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post
 te in generationibus suis. *Ibid.* 17. 9

Vocavit autem Angelus Domini Abraham secundo de calo dicens: Per memetipsum juravi,
 dicit Dominus: quia fecisti hanc rem, & non peperisti filio tuo Unigenito propter me: be-
 nedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in li-
 tore maris: possidebit semen tuum portus intrinsecorum suorum. Et benedicetur in semine tuo
 omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ. *Ibid.* 22. 15. *Exod.* 7. 6

Præceptum Dei de circumcissione, quantumvis esset grave & insolitum, non distulit Abraham implere us-
 que in crassum. *Ibid.* 17. 23

Abraham præceptum Dei de immolatione filii sine mora exequi voluit; considera mirabilem ejus obe-
dientiam. *Ibid.* 22. 1. *Act.* 7. 4. *Hebr.* 11. 8. & 17

Et benedicetur in semine tuo omnes gentes terræ, eo quod obedierit Abraham voci meæ,
 & custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias legesque servaverit. *Ibid.* 26. 4. *Gen.* 28. 7

Timeverunt autem obstrictes Deum, &c. *Et ideo benefecit illis Deus.* *Exod.* 1. 17

Si audieris (ait Dominus ad Moysen) vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo
 feceris, & obedieris mandatis ejus, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem
 quem posui in Ægypto, non inducam super te: ego enim sum Dominus sanctorum tuorum.
Ibid. 15. 26

Si ergo audieritis vocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de
 cunctis populis: mea est enim omnis terra. Et vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens
 sancta. *Ibid.* 19. 5

Et faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea. *Ibid.* 20. 6

Quod si audieris vocem ejus, & feceris omnia quæ loquar, inimicus ero inimicis tuis, &
 alligabo alligantes te. *Ibid.* 23. 22. *Vide & v.* 25. &c.

Custodite leges meas atque judicia, & facite eas: ne & vos evomat terra, quam intraturi
 estis, & habitaturi. *Levit.* 20. 22

Si in præceptis meis ambulaveritis, & mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vo-
 bis pluviam temporibus suis. Et terra gignet germen suum, & pomis arbores replentur.
Ibid. 25. 7. v. 11

Filii Israel per desertum ambulantes ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium ejus
deambulabant. *Num.* 9. 18

Custodi præcepta ejus atque mandata, quæ ego præcepit tibi: ut bene sit tibi, & filiis tuis
 post te, & permanens multo tempore super terram, quam Dominus Deus tuus daturus est ti-
 bi. *Deut.* 4. 40. *Cap.* 7. *per totum.* & *Cap.* 11. *per totum.*

Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum time, & mandata illius custodite, & au-
 dite vocem ejus; ipsi servietis, & ipsi adhaerebitis. *Ibid.* 13. 4. *Gen.* 35. 4